



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

42. De Temperantia, Abstinentia, & Sobrietate

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

ne nemo accipiat coronam tuam. 3. Promissis, Esto fidelis usque ad mortem, & Apoc. 2. dabo tibi coronam vita. & Qui perseveraverit usque ad finem, hic saluus erit. Fervor proficiendi in constantia.

De Temperantia, Abstinentia, & XLII.

Sobrietate.

I. Expende in quo consistat Temperantia, Abstinentia, & Sobrietas, & quomodo exercendæ. Temperantia in genere. *Est virtus qua cohibet appetitum ab ijs, qua turpiter appetuntur.* Abstinentia *qua in ciborum, Sobrietas qua in potionis maximè inebriantibus sumptione debitum modum constituit.* Hæc possunt meritorie exerceri, quoad actus quidem internos, volendo, desiderando, ac proponendo actus eius externos sequentes exercere. 1. In ijs, quæ spectant ad corporis voluptatem, omnem honestatem amplecti, omnem turpitudinem erubescere, & in ijs assumendis pro mensura necessitatem habere. 2. Non appetere nec sumere cibos vetitos: non laudiores: non communes exquisitus conditos: non singulares: non extra tempora consueta, & necessitatem: non exceedere in quantitate, modo

modo & numero esculentorum, & de his subtrahere quæ sanitati nō nocent.  
**3.** Non excedere in mensura; modo, & qualitate potus, & aliquando à potu necessario abstinere, & scim sanitati non officientem pati. Quoad actus vero externos hęc omnia re ipsa præstare: idque ob finem naturalem, maximè ob Dei gloriam, omni oblata occasione, magna alacritate animi, & constati victoria sui. Feruor perfecte hos actus internos externosque frequentandi.

**II.** Quam eximiē hos actus exercuerint Sancti Temperantię studiosissimi, quantò excellentius B. V. à teneris annis usque ad mortem, Angelicam vitam æmulans in terris, nauseans omnia terrena oblectamenta, anhelans ad cœlestia; provocata insuper exemplo filij 40. dies ieunantis, & alias sæpius esurientis, sitiens, in summa siti morientis. Zelus æmulandi.

**III.** Incitamenta 1. Quod Temperantia mirè placeat Deo, eam tories nobis

**Eccles. 37.** commendanti, ut per Ecclesiasticum: Noli audiūs esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam, & per Apostolum: Carnis curam ne feceritis in

**Rom. 13.** concupiscētis. & per Vnigenitum suum:

**Luc. 21.** Attendite vobis, ne forte grauentur cor-

*da vestra crapula & ebrietate.*

2. *Quod animæ plurimum prospicit, eius hostes domando (ut pœfiguratum in sobrio Daniele) luxuriam, iram, auaritiam, ventris curam, diaboli infestations, mentemque ad arcana Dei capienda idoneam reddendo, & suavitatem cœlestium deliciarum saginando.*
3. *Quod corpori quoq; plurimū prospicit ad sanitatem, vitamq; longiorem cōseruandam: In multis escis erit infirmitas, Eccl. 37.  
& per crapulam multi perierunt, qui autem abstinent abstinens est, adiicit vitam.*

### De Castitate.

XLIII.

**I.** *E*xpende quomodo Castitas perfette sit exercenda, (quæ est virtus, quæ quis promptè & delectabiliter ad manus Dei obsequium corpore & mente carnis voluptatibus abstinet) quoad actus quidem internos sic: 1. Magni eam faciendo, intimeque amando, cum omnibus medijs necessarijs ad eam agendam & conseruandam, eaque propoundingo adhibere. 2. Abominando intellectu & affectu omnem impuritatis speciem; cum omnibus quæ Angelicā puritatem possunt coinquinare, eaque vitare statuendo. 3. Quam primum desideria & motus indecentes reprehendo,

III.

mendo,